Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8308
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



benedicta tu in mulie-
ribus. Que cum au-
disset turbata est
in sermone angeli.
et cogitabat qualis
esset ista salutacio.
Et ait angelus ei.
Ne timeas maria.
inuenisti enim gratiam
apud dominum. Ecce con-
cipies et paries filium.
et uocabis nomen
eius ihsum. Hic erit
magnus et filius al-
tissimi uocabitur.
Et dabit illi dominus de
sedem dauid patris
eius. et regnabit in
domo iacob in eternum.
et regni eius non erit
finis. Dixit autem
maria ad angelum.
Quomodo fiet istud.
quoniam uirum non cognosco.
Et respondens angelus
dixit ei. Spiritus sanctus
superueniet in te. et uirtus
altissimi obumbra-
bit tibi. Idcoque et quod
nascetur ex te sanctum
uocabitur filius dei.
Et ecce elyzabeth cog-
nata tua. et ipsa con-
cepit filium in senectute
sua. Et hic mensis
est sextus illi que uo-
catur sterilis. quia
non erit impossibile